

F.K. 50. (17)

Za
795

SYLLOGE
FORUM,
 QVÆ
 THEOLOGICI
Γ Ν Η Σ Ι Ο Ι
 PRO DIVINA VERITATE ZELOTÆ
IN
 GOTTFRIDI
 ARNOLDI,

HISTORIAM ECCLESIASTICAM
 ET HÆRETICAM,
 SEU ITA DICTAM AB IPSO,

**Unpartheyische Kirchen- und
 Ketzer-Historie/**

aliaque Ejus placita,
 observant & animadvertunt,
 quâ præmissâ

ILLUSTRISSIMOS
 COMITES AC DOMINOS
 RUTHENOS, DOMINOS

AC NUTRITIOS
 NOSTROS CLEMENTISSIMOS,
 NEC NON
VENERABILE MAXIME

DNN. INSPECTORUM GYMNASII
 COLLEGIUM,
 CÆTEROSQVE SACRORUM NOSTRORUM FAUTORES

Ad Actum

B. LUTHERI

MEMORIÆ SACRUM,

hęc quoq; annâ, recurrente MARTINI Die,

*instituendum,
 humillimè & observanter*
 INVITAT

M. JO. HEINR. Wolff/

SS. Theol. Baccal. & Illust. Ruthenèi CON-RECTOR.

GERÆ, Literis Wetherianis.





Non sic saltem, qui bella Domini, in Ecclesia, his in ter-
ris militant, gerunt, quamquam iis præcipue, sed &
in vulgus (quippe germanicò idiomate, per plures te-
nus hac annos, alia id genus, de rebus sacris, edita scri-
pta, hunc sibi præfixum habuisse finem scopumque,
vulgi nempe ut aura caperetur, existimanda sunt,) in
vulgus, inquam, nota, speciosò admodum titulò, id
ipiam ob causam, insignita, cujusdam *GOTTFREDI
ARNOLDI*, utinam nunquam in lucem prolata volu-
mina, die unparteyische Kirchen und Ketzer-Historie in-
scripta. Dolendumque maximò perè, illa Volumina,
ab iis, qui veritatis olores, erroribus patrocinari non dubitant, velut quantivis præ-
tium commendari, illisque, qui quæ genuina, quæ minus, non satis intelligunt, tenè
tantum non in maximo haberi pretio. Interim vero sancti Dei vigilès, veritatis
divinæ sanorumque verborum tenaces, gloriæque Dei ad eò verè amantes, quod in-
de Ecclesiæ Dei portendatur, satis abunde intelligentes, de talibus, juxta verbi divi-
ni normam judicia, quæ debuerunt, ferre non intermiserunt, quorum quædam
hâc vice producere, operæ duximus fore pretium. Titulus igitur, hinc ut exor-
diamur, uti peculiare ac rarum quid pollicetur, ita quæ in nigro habentur tantum
abest ut rubro respondeant, ut potius planè contraria propinent. Theologos,
eosque judicii confirmati & doctrinæ solidæ laudè, diu, jure omni, apud omnes ce-
lebrerrimos, audiamus, interque, eos primùm, cantie sanctæ ut Deo charissimum, sic
omnibus Venerabilem, *D. JOH. FECHTIUM*, cujus, pro Dei gloria candor & zelus,
ut in controversia de termino gratiæ, ita in hac quoque parte, æterna laudè præmissis
divinis dignissimus, & nunquam satis prædicandus. Hujus sub præsidio hab.
Rosloch. An. 1704. mense Mayo Disp. cui tit. *Critica in Godofredi Arnoldi Criticam, b. e. e.*
*judicia veriora in judicia ejus iniquiora de B. D. Davide Chytræo, lata, præcipue hæc expli-
cat satis luculenter & ante omnium ponit oculos. Nempe præjudiciò INDIFFEREN-*
TISMI, qui dicitur, omnem veritatis defensionem, omnem erroris condemnationem rejicien-
tu, & contra hereticorum omnium, ipsorumque, ad eò ab eorum patrociniùm, inq. genuinorum
christianorum numerum receptionem, & è contrario omnium Ecclesiæ doctorum, veterum
& recentiorum, truculentiam flagellatorem involventiù, ebrius tumidusq. Arnoldus, ex odii
adversus Ecclesiam orthodoxam, ejusq. ab Apostolorum tempore ad nos usq. instituta, affectu
& virulentia ita excecatus est, ut vix verbum eadem excidat, quin sit felle rinctum & ven-
enò. Grandis mole liber est, pergit idem initio seu alloquio ad Respondentem citatè
Disp. quo sacra nostra turbat impugnatq. Arnoldus, neg. unius hominis illud otium: si quod
fuit omnibus officii, eum ipsam in finem, ingenuè faciente Arnoldo, ut in plateis quasi Ecclesiæ,
exemplo Pauli consistere, & nevos ipsius detegere, b. e. doctoribus Ecclesiæ, civesq. atq. ab
omnibus aliis negotiis remotus, maledicere possit, sponit sese exuente Arnoldo, sed si singule
provinciæ, singule Ecclesiæ sua sacra, suosq. doctores, quæ & quos ille lancinat, prout æquum
est, vindicaverint, major Historia illius hæreticæ structura utro concidet & orbi debet la-
bidium. Agnoscat ipsa Arnoldum talem qui tanquam novus Galias orthodoxæ Ecclesiæ
& exercitui Israëlis nil nisi malè dicere intendit. Quod per integram cit. Dissertat.
Theologus edocumatus luculenter monstrat probatque, postquam §. 1. statim in-
sufflam Arnoldi hypothefin, quam cum famoso illo Christiano Democròto, vel uti ve-
rum ipsius nomen sonat, Dippelò communem habet, nempe veram Theologiam ejusq.
veram tradandam rationem, statim secundo vel tertio post Reformationem annis, sed, vivente
adhuc Luthero, iterum depravatam & ad pristinam formam Scholastico Philosophicam
redditam, & rixosam factam esse; hujus, depravationis promachos Phil. Melancthonem
& D. Dav. Chytræum fuisse, produxerat, vide præcipue cit. Disp. §. II. IV. V. IX. XII.
XIII. XV ubi Arnoldus verè falsarius audit, nudumque partium studium & summa
maledicendi libido in ipso deprehensa dereguntur, nec minus, quod idem
fanaticorum præse vestigiis insistentis, tanquam inter hodiernos Sanctules non infu-
mus, juxta semel conceptas REFORMATISMI ideas taxanda sibi plurima sumat odi-
umque suum plusquam Vatiniæm & noverale erga publicos in honorem Dei
institutes conventus Ecclesiasticos, ad eò non celare possit, ut potius more suo, i. e.
magna cum acerbitate, unâ cum Spiritu Indifferentistico, illud prædat, conventi-
culaque, & alias ut vocari solent, Ecclesiæ domesticas, Haup. Studien / omni studio
commendet. Imò de Ipso mutatis mutandis idem firmè dici potest, quod de Joh.
Sturmio apud D. Leonhardum Hasterum: in Concord. Concord. c. 24. quidam cecinit,
decemq. per annos
Sturmio in templo huc quaterve fuit,
Siquidem & S. Cæna vix intra aliquot annos usus fuisse dicitur, Quæ aliæque cit.

Disp. prolixius traduntur. Et Idem Dn. D. Fechtius in Dissert. de Sanitate Mini-
sterii Ecclesiastici Anno 1705. d. 5. Januar. hab. postquam §. III. dixerat: Gothofredus
Arnoldus nescio quo ordine hodie locum occupat, in quo Thomas quondam Münzerus publi-
cè sequentem in modum docuit: Er hätte den Heil. Geist/und fürchte sich nicht, und hätte
einen Christlichen Beruf zu predigen in aller Welt; eod. §. ait: Ecclesia ministerium, quare
in Lutherano hodie cætu viget, Arnoldo non minus ac Münzerò ita corruptum esse, ut neq.
veram sacrorum notitiam, nec pietatem christiano homine dignam, quippe & ipsum Eba-
risarum exemplo carnale, verag, Dei notitiã desitutum, ingenerare queat. Cui assertioni
ut majorem speciem conciliet, & quod Ecclesia ministerium (proph. Populã dicitur) non
ita absolute necessarium sit, conveniũg, in nomine Christi qualescunq. etiam duorum triumve
sufficiant, probet. Theologos Politicosq. inclitã famã, THEOD. GEBHARD. METERUM,
SAMUELEM PUFENDORFIUM, & JOHANNEM SCHILTERUM fittere, quasi id agno-
vissent, non erubescit. Quos §. III. & IV. cit. Disp. adducens D. Fechtius ita: Te ve-
rò inquit, compello, Lector, quisquis Arnoldine Historia amore fascinatũ es, teq. ad consci-
entiam suam coram Deo revoco, ut multiplices mecum fraudes & deceptiones, quibus re-
motus scilicet à partium studio & simplici nudag, veritati intencus Arnoldus bonos viros &
innocuos animas circumvenit, circa omnem vel in me vel in Arnoldum affectum expendas.
Quod ipsum etiam fit ibi, & fortiter omnia hujus generis Arnoldina per cit. Disp. in-
tegram diluuntur, veritasq. vindicatur. Eodem spectat, autore eodẽm D. Fechtio
hoc anno 1705. d. 26. Septembris Rostochii ventilata Vindicatarum pro veritate ad-
versus Godofredi Arnoldi criminaciones insitutarum litteras, in qua specimine primo, Con-
fessores veritatis, Spec. II. Colloquium Emmendingense à Jacobo Marchione Badenst institutum,
Spec. III. Lutherus, & quedam ei vel objecta vel adscripta Spec. IV. verò Literatura
profana, cum Studio Theologiae & veri Christianismi conjuncta producantur, quæque Ar-
noldius, secus quã res habet, recensuerat aut fugillaverat, aut malè asseruerat, re-
moventur. Ubi è §. III. hoc hinc repetimus, nempe primum ultimumq. religionis Ar-
noldina principum est, quod indifferencia statuit omnium religionum placita, arnoldod
quis animum suum à vitiorum immunditiã liberet, sudeatq. morum pietati. E §. II. Spec.
III. autem hæc: unicum Arnoldi scopum esse, ut Doctorum Ecclesie etiam optimè dicitã
atq. factã elevet & sugillet, novos verò non excuset sed exaggeret, & in trabales errores
converteat, eos etiam, qui pro hostibus vera Ecclesia omnium judicio antea judicati sunt, ex-
cuset, laudet, in cælum tollat, non aliam ob causam, quã quia de veritate doctrinarum fidei
parum solliciti à controversiis omnibus alienum gesserunt animum, & soli morum pietati ex-
ternè specie deciderunt, cum è contra orthodoxi Lutheri exemplo, de dogmatibus Theolo-
gicis, ut locutionibus Arnoldinis utamur, rixati fuerint, sectas fecerint, hæreses conaderint,
& pios viros à catu suo separaverint, verius autem loquens INDIFFERENTISMO viri-
liter obstrinxerint, cæcus sit, qui non videat. Et hæc est illa Helena quam deperunt hodie,
ò tempora, ò mores! tot bastiatores, nempe INDIFFERENTISMUS, qui dicitur,
RELIGIONUM; nullum nimirum articulum fidei necessarium esse, nullam fidei formu-
lam aut symbolum cuiquam obrudendum esse, nullam hæresin in intellectu, atq. aded ob hæ-
resin neminem condemnandum esse, nullum errorem damnabilem esse, nullam in vero christi-
ano sectam esse, quicquid omnes omnium religionum christiani, abstractis iis in quibus à
se se differenciant, credere se proficiantur, id ad fidem & salutem consequendam sufficiens esse.
Et hunc, (prout idem Theologus cordatissimus D. Fechtius epist. præmiss. Disp. cui tit. Exa-
men libelli recens editi sub titulo Licht und Recht) Rostoch. d. 26. Martii, 1704. ait esse gran-
dit illius libri, qui Historia Ecclesiastica & Hæretica inscribitur, Gothofredo Arnoldo aucto-
re, unicum finem scopumq. nemini amplius obscurum est. Conferatur omnino hanc
ipsam in rem Eiusd. programma præmiss. Disp. de legitimo sacrarum Scripturarum Scruti-
nio d. 10. April. Anno 1704. hab. Item Disp. sub Eiusd. Præsidio hab. d. 7. Junii, 1704.
cui tit. Studium Theologiae Polemicæ contra fanaticos & novatores, nominatim Gottfr. Ar-
noldum, de finem p. 1. 2. 4. 12. Ubi non ita pridem exortos strenuos Indifferentissimi pro-
motores & dum viros nominat, it. p. 14. 199. & passim l. c. Contra idem monstrum
INDIFFERENTISMI horrendum strenuè decertavit post D. Löfflerum, qui Witteb. An.
92. & D. Veltheimium, qui Jenæ An. 96. id fecit, novissime D. Wernsdorfius in Academia
Wittebergenst. IV. Disputationibus, quas quibus hæc præcipuè scribimus, meritò
modòq. omni commendamus. Sed cum trigam Theologorum exterorum præ-
cipuè producere placuerit, de Arnoldo ejusque libris cordatè, & optimè fidei judicia
ferentem, jam Argentoratensem illum, antecessoribus in Academia ista non impar-
entem, sistam. Est is Job. Joachim. Zengeravius, qui in Dissertat. de Religione christiana
Catechisi, & nervosissimis & utilissimis, jam inde ab anno 1699. habitis, & anno 1701.
editis Arnoldum jam produxit, dicens Dissertat. I. S. u. statim factissimas quasq.
jam Apostolorum & eorundem successorum temporibus grassatas esse impietates,
passim etiam apostolo, Jacobo, Juda &c. notatas, quibus ejusdem indolis respon-

Za 795
FK

derit Catechizatio. De Carpocrate & Carpocratianis hæreticis impurissimis; nec ipso Goufrido Arnolde abnuente, prono aliis ad causam hæreticorum agenda in Hislor. Hæret. p. I. l. II. c. 4. §. II. Epiphanius id tradit, cujus manibus satis irreverenter iste Scripior Patromastix, Arnoldus, ex meris & iniquis conjecturis sapius aliis insulata. Et §. II. ait quod iste Patribus insultandi impetum secutus, primos hæreticos, Simonem magum & alios, qui ejus impietates sub aliis nominibus sequebantur, non tam malos fuisse; singat, in HÆRET. HISTORIA, QVAM rectius quis PRO APOLOGIA NEQUISSIMORUM HÆRETICORUM habuerit, quam pro scripto aliquo Historico, sed studii partium libero & sincero. Idem in de Informat. Catechet. §. p. queritur, quod exagittaverit Constantinum M. quod rō x̄p̄ov directionem externorum, penes se esse putarit, pro didactoria quam sibi arroget, alios iniquè notandi licentia H. E. P. l. I. 4. c. 5, in censendo hoc principe christiano non mistor Zosimo, etnico Scriptore. Epistolâ quoque Dedicat. cit. Tractatus Disputatur, inquit, bodie de collapsa etiam inter Evangelicos pietatis ejuq; genuinis Deog, gratis exercitiis resituentis. Tamo quoq; fervore à nonnullis res hac agitur, ut ab Enebulasmo & Fanaticismo parum absint. Negari enim nequit nisi ab illis, qui in Diogenis dolio se continentes, quid extra illud geratur, ignorant, vel ignorare malunt, IMPIETATEM ATHEISMUM, ECLOGISMUM, INDIFFERENTISMUM, & hujus generis pestes, indies invalescere, & sic indies implere verba Christi Luc. XIII. 3. Quò digutum intendat, manifestum opinor, est satis. Idem in Dissp. de novo homine ad Coloff. III. 10. An. 1701. edit. Diss. III. §. II. X. ait, quòd Arnoldus Novatianus ob Catharorum nomen excufes, H. E. P. l. I. III. c. 7. n. 3. & 14. nitaturq; meris conjecturis, qua tamen pari facilitate rejici possunt, quâ asserantur, cum non aliunde provenientes, quam ex animo melius cupiente Novatio & Novatianis, quos vigore suo Christianissimum eximit promovisse credit, & possim à pietate laudari, quam Cypriano, gratia divina erga lapsos assertori conf. §. IX. de Pelagio, ib. §. XI. de Valentino hæretico. Et cum primis vide etiam §. XII. & XIII. ubi de eorum hominum quos bagidemon agit seu Piersistorum, impudentia, & Arnoldus una vir pronus ad Pietastros excusandos memoratur. Addendus his denique omnino Theologus ubique celebratissimus Pomeraniæ jam fidus splendidissimus, D. Job. Friedr. Mayerus, in Dissert. hõcannò 1705. d. 15. Augusti Gryphsvaldæ habita cui tit. Nova atq; abominanda Pietistarum Trinitas, desolationi publica exponenda. Ubi in principio monstrat, quò demum Libertinismus hostium vera pietatis, incarnatorum certè Diabolorum, quos Pietistas (ten Catharos olim Novationis sancti Ecclesie Doctores) vocamus, ruit, & quòd nihil tam horrendum sit, quòd non in Pietisini consuat Camarinam. Dicit ibi pag. 7. Quæ, amabo, christiana religionis capita integra reliquit, quibus non antiquorum hæreticorum venenum immiscuit Sella Pietistarum? Unicum tantummodo volo! Inde ex necessitudinis lege Hæresarcharum causam peroravit in DIABOLICO CARMINE suo, h. e. in Historia Ecclesiastica & Hæretica GODOFREDUS ARNOLDUS, quem librum, cum autore, vel propter hæc merita, in oculis ferant Pietistici erroribus & fraudibus sventes. Dein, quòd addimus unâ, ait: Fanaticissimum ita aperte nunc in Germania præsententur homines Pietiste, ut in medio Angliæ te vivere certò credas. Addit quædam de Job. Georg. Rasenbachio, homine artem conficiendi calcaria callent: (S. pormnachet. Gejellen) aliaque ibi videnda. Sed plura, quam quæ è Dissertat. Theologorum, eorumque exterorum longè celeberrimorum hausimus, nec volumus, nec quia charta hisce nostris Exercitiis destinata, deficiit, potuimus, licet non defuerint, addere. Referenda Arnoldi præcipuè vana erat elatio & intolerabi in r̄o. (quò etiam nomine meliorem ipsi mentem precamur), utramque in ipsis scriptis faciens paginam. Unde illa etiam, quæ in M. Paulum Stockmannum, Elucidarii hæresium autorem quòd Thome à Kempis libellum pro genio Arnoldi non recensuerat, effundit, resultant. P. II. XVII. cap. §. 50. f. 61. DEUS, quibusvis, male veritatis celestis & sacris cupientibus resistat, perpetuò r̄vato! Paginam verò istam fecere nobis IV. Adolescentes, in maneb B. LUTHERI, qui malleus fanaticorum omnium jure audit, devoti. Igitur


- I. JOHANN. CHRISTOPH. Etoll / Wisensis Misnicus,
De Eju Studio S. literarum.
 - II. JOHANN. GEORG. Eotens / Oelsnitio-Variscus.
De Versione Bibliorum Germanica.
 - III. JOANNES TOBIAS WILHELM, Kainâ-
De Articulis Fidei. } Hermunduri;
 - IV. JOH. BALTHAS. OLISCHERUS, Kirchbergâ-
De Polemica Theologie Studio, }
- quisque pro indolis facultate dissertabunt. Qui ipsi ut benignè faventerque audiantur, humiliter majorem in modum rogamus. P. P. Vigilis S. Martini, A. P. V. M. DC CV.

F.K. 50. (17)

Za
795

SYLLOGE
EORUM,
QVÆ
THEOLOGICI
Γ Ν Η Σ Ι Ο Ι
PRO DIVINA VERITATE ZELOTÆ
IN

GO
A
RIDIDI
LDI,
STICAM
IPSO,
rben = und
rie/
COMI
RU
DNN. IN
CÆTEROSQV
B.
bdc qu



RIDIDI
LDI,
STICAM
IPSO,
rben = und
rie/
MOS
DOMINOS
MINOS
S
IMOS,
ME
GYMNASII
RUM FAUTORES
ERI
INI Die,



M. JO. HEINR. Wolff/
SS. Theol. Baccal. & Illust. Ruthenæi CON-RECTOR.

GERÆ, Literis Wertherianis.